

quam accessorie stans fideicommissum etiam in casu mortis operari nequit, Caren. *dicta resol.* 29, n. 9, in *fine*. Marefcott. *var. resol.* 103, n. 5, & *seq. lib.* 2, cum adductis per nos, *allegat.* 115, nu. 21, & *allegat.* 116, n. 6, & 7, lib. 3, Rot. in *dicta Beneventana hereditatis* 19, Junii 1656, §. & *verba Celfo*. Et dubitandi ansam removebat, quia proximiores ad succedendum + invitabantur eveniente casu substitutionum prædictarum in casum alienationis ordinarum, ut recensitis aliis dicebam *alleg.* 115, num. 23, lib. 3.

CAPUT XXXIII.

SUMMARIUM.

- 1 Legatarius rem sibi legatam de manu hæredis capere tenetur. Alias legato cadit n. 2. Declara ut num. 3, 4, 5, 6, & 7. Factum deficienti observare tenetur n. 9. Sed contra n. 10.
- 8 Factum defuncti hæres observare tenetur.
- 11 Creditor deficienti hypothecarius præferitur legatario in re legata. Amplia ut n. 12.
- 13 Possessio præsumitur continuata nisi contrarium probetur.

1 Legatarius rem sibi relictam à manu hæredis capere obstringitur +, nec propria auctoritate rem illam occupare, aut possessionem ingredi potest. Antonin. de Marin. *resol.* 88, n. 3, lib. 2, Altograd. *consil.* 49, n. 28, dxi *allegat.* 53, nu. 11, & 12, lib. 3; Rot. *decis.* 335, n. 7, part. 5, & *decis.* 152, n. 26, part. 9, tom. 1, & *decis.* 335, n. 10, part. 9, tom. 2, recent. & *coram Royas*, *decis.* 367, nu. 3, & *coram Duran*, *decis.* 62, n. 8, & apud Salgad. in *Labyrinth. credit.* *decis.* 85, num. 10. In tantum quod si rem legatam + propria auctoritate capiat à commo- do ipsius legati cedit ex cumulatis per Ferentill. ad Buratt. *decis.* 101, n. 12, Ciardin. *controv.* 33, n. 65, & *controv.* 109, n. 23, Auctor hic n. 1. Royas *dict.* *dec.* 367, n. 4. Leoncill. *decis.* Ferrar. 68, n. 8, & de *privileg. pauper.* 215, n. 2, in *verbo legatum* 14.

3 Istud tamen procedit, dummodò hæres hæreditatem adiverit, seu possessionem adeptus fuerit, + nam dum possessio rei legatæ vacans reperitur, nil prohibet quominus possit legatarius propria auctoritate possessionem apprehendere. Post. de *manuten. observ.* 47, n. 6, Altograd. *consil.* 49, nu. 31, & 32, lib. 1, Anton. de Marin. *resol.* 241, n. 4, 5, & 6, lib. 1, ubi tamen quod adita hæreditate teneatur legatarius rem legatam restituere, aut cautionem præstare pro falcidia hæredi debita, & *resol.* 88, num. 5, & *seq. lib.* 2, Ciardin. *controvers.* 70, num. 4.

4 Deinde sibi locum vindicat, quatenus per Testatorem legatario tacitè, + vel expressè licentia capiendi rem legatam propria auctoritate imperita non appareat. Ciardin. *dicta controvers.* 28, nu. 5, ubi quod per clausulam *omni meliori* censetur à testatore concessa legatario licentia capiendi possessionem proprià auctoritate, Altograd. *consil.* 87, n. 54, lib. 2, Post. de *manutentione, d. observ.* 47, n. 4, Anton. de Marin. *dict.* *resol.* 88, nu. 10, & *seq. lib.* 2, Rot. *dicta decis.* 152, num. 25, ubi quod institutio in legato operetur, quod legatarius propria auctoritate possessionem capere possit *part.* 9, nu. 1, quod tamen non videtur admitti coram Royas, *dict.* *decis.* 367, n. 5, & *dict.* *decis.* 335, n. 10, part. 9, tom. 2, recent. Cyriac. *controv.* 12, n. 40, & 41, & *controv.* 247, n. 27,

Redenasc. *consil.* 4, n. 38, ubi tamen n. 41, & *seq.* limitat stante statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, Joan. Franc. Andr. *controv.* 22, n. 28, & *seq.* Hodiern. *contr.* 19, n. 23.

5 Ulterius ita demùm legatarius rem sibi legatam de manu hæredis capere + vel captam restituere tenetur quoties hæredi jus detrahendi falcidiam competit, secus autem ubi cessat detractio falcidiae, Ciardin. *dict.* *controv.* 33, nu. 65, in *fine*. Gratian. *discept.* 771, nu. 49, Buratt. *dict.* *decis.* 101, n. 10, Leoncill. de *privileg. pauper.* 215, §. *legatum* 14, n. 5, cum adductis per Rotam *dicta decis.* 335, num. 11, part. 9, tom. 2, recent.

6 Hinc ergo cum ex legatis alimentorum pauperibus potissimum relictus, + vel ad pias causas falcidia non detrahatur quemadmodum latius annotavimus ad cap. 9, & cap. 35. Jure merito concludit Auctor hic per totum, quod nec ex relicto alimentorum legatarius de manu hæredis capere teneatur, quod etiam comprobant Ciardin. *dicta controvers.* 28, num. 6, Leoncill. de *privileg. pauper.* 215, in *verb. legatum* 14, nu. 3, part. 2, minusve legatarius ex causa pia, * cum & ipse propria auctoritate legatam capere valeat, ut subiungunt Ciardin. *dict.* *controv.* 28, num. 7, Leoncill. *dict.* *privileg.* 215, numero 6, ubi alios refert.

8 Factum defuncti hæredem * teneri omnino observare Juris indubitatisimè reputatur per textum in l. cum à matre 14, C. de rei vindic. l. ex qua persona 192, ff. de reg. jur. l. filiusfamilias 114, §. cum pater, ff. de legat. 1. Cyriac. *controv.* 11, n. 22, & *controv.* 160, nu. 70, & *controv.* 256, nu. 3, Mart. Ventur. *consil.* 8, n. 46, & 47, Joan. Baptista Antonell. *consil.* 85, nu. 11, & *conf.* 96, n. 24, dxi *allegat.* 13, n. 15, & *allegat.* 21, nu. 25, & *allegat.* 70, n. 34, lib. 2, & *allegat.* 55, n. 18, & *allegat.* 87, nu. 19, lib. 3, Joan. Franc. Andreol. *controv.* 120, num. 18, Leoncill. *decis.* Ferrar. 64, nu. 10, Thomat. *decis.* Macerat. 23, num. 62, Rot. apud Merlin. de *pignor. & hypoth.* *decis.* 135, n. 1, Duran. *decis.* 26, n. 4, & *decis.* 51, n. 7, & 9, & *decis.* 101, nu. 3, Bottilier. de *success. ab intest.* Theoremate 46, num. 9, & 26.

9 In dubium tamen revocabatur, an idem in legatario procederet, in quo quidem articulo, * quod etiam legatarius factum defuncti observare teneatur, ex quo uti hæres se habet, ex professo comprobant Curt. jun. *consil.* 55, sub nu. 11, Nat. cons. 330, nu. 2, Menoch. *consil.* 89, nu. 2, Alciat. *consil.* 545, num. 5.

10 Verumtamen contraria opinio, & verior, & magis recepta præexistit * juxta quam legatarius factum defuncti approbare non tenetur, quin potius illud impugnare potest, Castren. in d. l. cum à matre 14, sub n. 3, *vers.* item si sentiret, & Barbof. *ibid.* n. 14, & Salicet. n. 4, C. de rei vindic. Gabr. *consil.* 11, n. 18, lib. 6, de reg. jur. Rolan. de *invent. vers.* Quid si pater vendidit, n. 5, & *seq. fol.* 157, tergo, latè Surd. *consil.* 237, n. 22, usque ad fin. Gratian. *discept.* 401, sub nu. 28, *vers.* Quidquid aliud sit. Censal. ad Peregr. de *fideicom.* art. 33, §. sextò declaratur, *vers.* limitat in legatario. Rot. apud Merlin. de *legitim.* *decis.* 75, nu. 6, & in *Perusina census* 27, Junii 1653, §. non obstat *vers.* Propterea licet coram R. P. D. Zarate.

11 Hæredibus suis solvi ejus debita testator iufferat, qui in amplissima forma sese obligantes solvere promiserunt, quibus cum filia testatoris pro legato ejus dotis concurrere prætendebat, contrarium tamen fuit resolutum, * quia creditores hypothecarii etiam in re legata legatario præfe-

1 præferuntur l. creditores 8, ff. de distr. pignor. l. 2, ff. qui pot. in pign. hab. Coccin. *decis.* 67, n. 7, & 9, Franc. *decis.* 246, Rot. *decis.* 741, n. 1, part. 3, recent. Merlin. de *pignor. & hypothec.* qu. 134, n. 13, lib. 4, Rot. in *Romana dotis* 27, Majii 1647, §. conclusio procedit, & per totam coram R. P. D. Cerro, quæ est *decis.* 34, apud Salgad. in *Labyrinth. credit.* Non à Cost. de *privileg. credit. reg.* 1, ampliat. 6, sub n. 40, *vers.* Verum quicquid, Cart. de *cred. cap.* 4, qu. 11, nu. 1236. Cumque creditores sint anteriores cum

12 hypotheca obtinere debent etiamsi legatarius + reperiat in possessione qui nec beneficio retentionis juvari potest l. si priori 13, §. fin. ff. qui pot. in pignor. hab. Merlin. de *pignor. & hypoth.* lib. 4, quæst. 2, num. 17, & quæst. 188, num. 22.

13 De possessione verò proprietatis, super qua Salvianum pendebat, inter partes non controvertatur, sed ex parte rei solummodò opponeretur, probationes certum tempus non percutere, ex quo de tempore antè contractum debitum, & hypothecam intelligi poterant, quo etiam admisso citra veritatis noxam non excluderetur, quin possessio * per debitores abinde continuata non fuerit, dum intermedia possessione alterius non edocetur. Salicet. in l. final. num. 19, *vers.* Primo casu, C. de edit. Div. Adrian. tollent. Alex. *consil.* 33, in *fine* lib. 3. Nat. *consil.* 400, num. 6, Post de *manuten. observ.* 17, num. 24, & *seq.* & post *tract.* Rot. *dec.* 217, nu. 47, & *seq.* & in *Romana Vineæ* 25, Majii 1648, §. quod vero coram R. P. D. Ghislerio.

CAPUT XXXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Incertitudo quamlibet dispositionem vitiat; Fallit ut num. 2. Legata ad pias causas non vitiat num. 5. Si reducat ut certitudinem convallidatur dispositio num. 6.
- 3 Legatum propter incertitudinem in substantia corrui.
- 4 Dotis promissio incerta sustinetur.
- 7 Certitudo in universalibus ex quota non inducitur.
- 8 Fideicommissum jus universale importat. Declara ut num. 9.
- 10 Tertia parte fideicommissi probata cum illius valore quid importet residuum dignoscitur.
- 11 Identitas bonorum ex quibus probetur.
- 12 Detractiones ex quibus præsumantur consumptæ.
- 13 Alienationes bonorum si præcesserint illorum in suspicientiam possessor conventus probare tenetur.

1 EX incertitudine quamcumque dispositionem vitari + præter hanc cumulatos ex num. 1, comprobant Caren. *ref.* 14, n. 23, Sperel. *dec.* 99, n. 7, Cyriac. *contr.* 255, n. 54, & *seq.* & *contr.* 488, n. 59, & 60, Joan. Franc. Andreol. *controv.* 163, n. 5, & *seq.* & *contr.* 271, n. 4, & dxi in eadem causa *allegat.* 52, n. 18, lib. 3, Palm. *consil.* 59, n. 6, Argel. de *acquir. possess.* qu. 16, n. 367, & qu. 14, n. 20, Salgad. in *Labyrinth. credit.* part. 2, c. 9, n. 6, Bardelion. *consil.* 105, n. 38, & 63, Gratian. *discept.* 1000, n. 19, & 20, Nig. de *except. c.* 12, §. 11, n. 1, & per totum & de *execut. rei judic.* c. 5, n. 4, & *seq.* Ripol. *var. resolut.* cap. 11, nu. 153, Fontanell. *decis.* 571, num. 24, & 25, Mangil. de *evict.* quæst. 160, nu. 2,

Post. in *simili tract. inspect.* 29, n. 87. Mart. Ventur. *consil.* 18, n. 4, & *consil.* 43, n. 71.

2 Pluribus tamen in casibus fallit præcedens conclusio, maximè si incertitudo circa substantiam non subsistit, * sed circa quantitatem, tempus, aut qualitatem: nam tunc incertitudine non at- tentâ sustinetur quælibet dispositio, Fontanell. de *pact. nupt. claus.* 4, gloss. 18, num. 103, & 104, tom. 1, & *decis.* 543, n. 16, & 17, ubi quod incertitudo in legitima, vel legato vitiet, Salgad. in *Labyrinth. credit.* part. 1, c. 20, nu. 44, & *seq.* ubi quod contractus alias illicitus ob incertitudinem licitus evadat. Hodiern. ad l. hac *editali qu.* 36, n. 15, Giovagn. *consil.* 78, n. 6, 14, 44, & *seq. lib.* 1, Bim. *conf.* 50, nu. 45, & *seq.* Leotard. de *usur.* qu. 98, num. 55, Cyriac. *dict.* *controv.* 255, n. 57, Mart. Ventur. *consil.* 3, nu. 50, & *seq.* Joan. Ant. Bellon. *consil.* 65, num. 55.

3 Legatum ergo relictum incerto de incertis eligendo, & cujus persona omnino ignoratur uti deficienti in substantia + non subsistit propter incertitudinem, ut prosequitur Auctor hic n. 2, & 3, & pluribus exornat. Mart. Ventur. *consil.* 2, n. 155, & *seq.* ubi tamen num. 158. quod incerto de certis relinqui possit.

4 In dote autem quicquid sit quoad translationem domini ex promissione dotis incerta, utique promissio ipsa dotis tametsi incerta sustinetur + ex eo potissimum, quia ex quantitate patrimonii & qualitate personarum certa reddi potest Giovagn. *dicto consil.* 4, n. 14, lib. 2. Mantie. *decis.* 235, n. 10, Minfing. *observat.* nu. 3, in *fine* cent. 3, Argel. de *acq. possess.* qu. 7, sub n. 88, item speciali favore Borell. in *summ. decis.* tit. 5, n. 204, & 205, part. 3, Monac. *decis.* Bonon. 40, punct. 4, num. 12, & *seq.* 19, 20, & per totum, & punct. 7, numero 49.

5 Cæterum in relictis ad pias causas incertitudo nullatenus dispositionem maximè in pauperes collatam vitiat, + quemadmodum subiungit Auctor hic ex n. 4, quod etiam firmant Mantie. *dicta decis.* 235, n. 10, in *fine*. Bimius *consil.* 277, n. 42, Mart. Ventur. *dict.* *consil.* 2, sub n. 164, *vers.* Secunda quia speciale est. Argel. de *acquir. possess.* *dicta* qu. 16, n. 46, & pluribus exornat. Leoncill. de *privileg. pauper.* 181, & *privileg.* 182, per tot. part. 2, ubi indifferentè ex qualibet incertitudine sibi locum vindicare inquit, quod quatenus procedat in legato alimentorum optime declarat Auctor hic num. 11, & *seq.*

6 Semper verò, quod incertitudo qualitercumque ad certitudinem reducat + re adhuc integra dispositio convalidatur, Fontanell. *dicta decis.* 573, n. 19, ex Surd. *consil.* 128, n. 19. Cyriac. *dict.* *controv.* 255, n. 57, cum *seq.* cumque ad materiam conferant quæ scripti ad arguendam certitudinem totius ex quotativa illius portione, ideò ea hic subvertere decrevi.

7 Dubiam facere videbatur intentionem meam in eo, quod insisterem bonorum fideicommissentis maximè quoad quantitatem concludenter probatam censere, dum liquebat de quota + ad meum stipitem aliàs perventa, ac ipso jure ob contraventiones in me consolidata, ex doctrina inter cæteros Dec. *consil.* 226, n. 6, in *fin.* & n. 7, quem sequitur Rot. *decis.* 379, nu. 5, & 6, part. 9, recent. quatenus volunt quod ex quota totius certitudo in universalibus non inducatur, sed tantummodo id verificari quando agitur de quota alicujus corporis seu fundi, ex qua veluti ter- tia necessario inferitur, quando corpus totum, seu

8 seu fundus relicet. Unde cum in facti specie agatur de tertia fideicommissi + jus universale importantis, Peregr. de fideicom. art. 5, nu. 26, & 28, Fusar. de substit. q. 268, n. 7, & seqq. consequens ideo fit ut ex tertia fideicommissi ad nostrum stipitem obventa argui non posse videatur ad totius fideicommissi relevium.

9 Cui tamen objecto facillimè occurritur ponderando nos non versari in terminis mox dictis nisi sub distinctione, ex quota enim nimirum tertia bonorum inter majores divisorum ad nos obventa modo jure contraventionis cum fructibus stabilia dumtaxat in loco Rubechi existentia ac in divisione inita inter Comites de Soranea attinguntur absque eo, quod quicquam in hac parte circa jura, actiones, & mobilia deducatur; Quapropter nos versari in re particulari + non ambigatur, Peregr. decif. Patavin. 96, nu. 7, & de fideicom. art. 5, nu. 43. Rot. decif. 83, nu. 14, & seq. part. 9, tom. 1, recent. Fusar. de substit. quest. 268, num. 4.

10 Unde cum in assignanda portione fideicommissi Galeaz. à quo causam habeo seu magis bonorum in divisione contentorum incertitudo ex sententia canonizante fideicommissum, & illius purificationem in universum resultans ad certitudinem quotæ nimirum tertiæ, prævia æstimatione bonorum, ac totius corporis stabilium redacta extitit, usque adeò ut negari non possit, quin ex combinatione illius tertiæ, + ac illius valoris quid & quantum pro aliis duabus tertiis eorundem bonorum divisionis fideicommissio suppositorum capiatur, Dec. dicto consil. 226, nu. 6, in fine, & num. 7. Paris. consil. 55, sub n. 1, vers. & possessio, ubi quod ex divisione resultat certitudo quotæ ac totius bonorum, & consil. 61, ex n. 9, ad 14, lib. 1, Bero. consil. 159, sub n. 9, vers. Præterea opinio lib. 1, Corn. consil. 110, sub n. 18, vers. Donec appareret lib. 2, Surd. consil. 168, sub num. 50, vers. Et doctrina Jasonis posset procedere. Gozadin. consil. 55, num. 5, & seq. & inevitabili ratione concludit Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 2, quest. 24, num. 32. Rot. decif. 130, num. 8, & seq. part. 5, & decif. 354, nu. 25, & 26, & dicta decif. 379, n. 5, & 6, part. 9, tom. 2, recent. & dixi in altera nu. 17. Identitas * ergo bonorum ac status

11 fideicommissi ex divisione in quotas tres scilicet partes juncta illorum æstimatione inconcussa redditur, ut præter adductos optimè ratiocinatur Giovagn. consil. 4, sub n. 11, vers. Secundo etiam si, & seq. lib. 2. Rot. relegenda decif. 159, n. 2, & seq. part. 2, divers. & in Avenionen. legitimæ 22, Aprilis 1654, §. neque juvat Peutingero, & prius 17. Novembris 1650, §. nos versamur coram eodem, & 30. Aprilis 1653, §. legatum in fine.

Nec incertitudinem impeditivam immisionis in possessionem occupatorum per D. Comitissam de Martinengis impedire potest præsentio omni jure subsistens, quam habeo præter contenta in divisione consequi ulterius, seu imputari in deductiones, jura, actiones, debitorum nomina ac mobilia * cum deteriorationibus culpâ gravatorum secutus, siquidem ex simul junctis addito inventarii defectu, tam ad præjudicium ipsorum, quam cujuscumque possidentis consumptionem omnimodam deductionum inducunt Rot. decif. 126, num. 28, & 29, & decif. 163, nu. 7, part. 7, & decif. 93, numer. 6, & seq. part. 8, & decif. 248, n. 16, & seq. part. 9, tom. 1, recent. Royas dec. 53, num. 6, & seq. & dixi in altera incipiente, Non me præterit, in fine, & in alia num. 24, & 25, eadem Rot. videnda apud Merlin. de legitim. decif. 203,

nu. 1, 2, & 3, ubi quod consilio de alienationibus + anterioribus prout in facti specie liquet, insufficientiam tertius bonorum occupator probare teneatur.

CAPUT XXXV. SUMMARIUM.

- 1 Falcidia detrahitur ex legatis alimentorum divitiis relictiis. Non detrahitur à legatis pauperibus per interpositas personas relictiis num. 2. Ex doctrina causa mortis detrahitur num. 4. Detrahitur ex legatis non exemptis per Testatorem num. 5. Secus si exemptio procedat à jure numero 6.
- 3 Donatio causa mortis se habet ad instar legati.

Circa falcidiam ex legatis potissimum pius & alimentorum plura dixi cap. 9, nunc verò animadvertendum succedit, quod etiam tunc subjungebam falcidiam + detrahi ex legatis alimentorum, quando divitiis relinquuntur, in quibus terminis procedit Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 43, nu. 32. Quemadmodum à legatis etiam mediate, & per interpositas personas * pauperibus relictiis falcidia non detrahitur, prout annotavimus ad cap. 9. §. istud autem, & tunc adductis addo Arias de Mesa var. resol. lib. 3, cap. 7, num. 7, subjungens ex fideicommissio pauperibus sub conditione dato hæredem falcidiam detrahere tanquam ex legato privato purè relicto etiam si legatarius sub conditione gravatus sit pauperibus restituere, Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, quest. 4, num. 11, & seq. ubi falcidia, quæ de legatis piis non detrahitur, non gravet ad legata non pia, sed tantò minus pro illa consequatur hæres. Tondut. resol. civil. cap. 73, num. 1, & 2, ubi quod si legatum pius factum fuerit ad certum, & determinatum opus vel ad certam causam, quæ executioni possit mandari etiam facta detractio falcidiæ, detractio non impediretur.

Ad instar legatorum cum se habeat donatio + causa mortis l. cum pater 79, §. 1, ff. de legat. 2, cum aliis juribus cumulatis per Dexart. decif. 26, numero 5, & 6. Sanchez consil. moral. lib. 4, tit. 1, quest. 13, num. 2. Idem non minus ex ipsa, + quam ex legatis detrahitur falcidia l. Seia 42, ff. de donat. causa mortis, & notant Doctores ad dictam l. pater 79, §. 1, ff. de legat. 2. Dexart. decif. 26, num. 2, 5, & 6, ac per totam Bellon. de jure accrescen. cap. 6, quest. 22, nu. 15. Hodiern. contr. 35, n. 10, & 52, Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dicto dub. 13, num. 3.

Ubi ex dispositione Testatoris aliqua legata eximuntur à falcidia, id non cedit ad onus hæredis, + ex quo integra detractio fit ex legatis à falcidia per Testatorem. Mantice de conject. ultim. volunt. lib. 4, tit. 14, n. 24. Gratian. discept. 59, n. 1, & 7. Peregr. de fideicom. art. 4, n. 3, Bellon. de jure accrescen. cap. 6, qu. 4, nu. 17. Tondut. resol. civil. 73, n. 14. Secus autem quando falcidia non detrahitur tanquam à jure privilegiatis, + quia tunc non cedit damno aliorum legatariorum, sed folius hæredis, ut optimè distinguunt Peregr. de fideicom. art. 4, num. 31, Gratian. discept. forens. 59, nu. 6, in fine, & 7, Mart. de success. legal. qu. 28, art. 2, num. 24, & 25, Jo. Ant. Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, qu. 4, n. 6, & seq. & Tondut. resol. civil. 73, num. 10,

Observationum de Alimentis Cap. XXXVI.

num. 10. & num. 13. ubi concludit quod causa pia hæres instituta non detrahat Falcidiam de legatis piis, circa quod videnda sunt, quæ annotavimus supra ad Cap. IX. & per Rotam in Romana hæreditatis de Gratianis 26. Junii 1651. numero 10. Bichio.

CAPUT XXXVI. SUMMARIUM.

- 1 Dos ex fideicommissio ascendentium utriusque sexus constituitur, & respectivè restituuntur. Amplius ut numero 13. De fideicommissio per transversales instituto detrahi non potest numero 5. Declara ut numero 6. Mortuo marito revertitur ad patrem numero 11. Tractata ex fideicommissio prævia æstimatione resuso valore fideicommissarius illam recuperat numero 12.
- 2 Fideicommissio ascendentium bona alienari possunt pro alimentis.
- 3 Fœmina non habens alia bona fideicommissum in dotem tradere potest. Declara ut numero 4.
- 7 Testator si mandat dotes constitui super fideicommissio intelligitur in subsidium.
- 8 Bona libera non extare mulier agens ad dotem probare tenetur. Limita ut numero 9. Fideicommissio semel alienata amplius non incidunt in fideicommissum num. 10.
- 14 Majoratus bona pro dote assignantur si accedat assensus regius.

Bona fideicommissio per ascendentes utriusque sexus tam pro constituendis * dotibus fœminis descendentes, quam restituendis per masculos receptis subordinate à masculis ad fœminas, & in subsidium alienari posse in contrarium revocari nequit ex traditis recentioribus congestis per nos allegat. 4, & ibi Rot. num. 1, fol. 74, lib. 1, & allegat. 64, numer. 5, lib. 2, & allegat. 25, num. 4, & allegat. 28, numero 4, & per totam, ubi bene declaratur, & allegat. 30, num. 8, & ubi pariter expulatur, & allegat. 41, num. 2, & seq. & allegat. 84, num. 6, lib. 3, Spad. consil. 217, num. 2, & consil. 218, num. 7, & 8, lib. 2. A Cost. de privileg. credit. regul. 1. ampliatur. 3, ex num. 51, usque ad 72. Hodiern. controvers. 9, per totam, ubi quando dos unius ex fideicommissariis detrahi possit ex toto fideicommissio. Camarat. respon. 44, art. 2, num. 22, & seqq. Giurb. observ. 89, num. 1, & seq. & num. 19, ac per totam. Altograd. consil. 60, num. 84, lib. 1. Rot. coram Eminentissimo Otubob. decif. 43, per tot. Ubi istud procedere inquir, sive non extant bona, sive litibus aut aliter implicita reperiantur, & decif. 71, n. 1, & seq. ubi quod si non extant bona mariti, & ejus ascendentium dos restitui debeat ex bonis focrus fideicommissio suppositis, & dec. 78, n. 15, & seq. ubi mulier ante regressum ad fideicommissio subjecta pro ejus dote teneatur prius excutere libera, dummodò litibus involuta non existant, & decif. 237, nu. 1, & 2. Tondut. var. resol. 180, per totam part. 2. Cigal. de act. §. fuerat antea 21, num. 47, ubi non requiritur excussionem liberorum si in promptu non demonstrantur Joan. Baptista Silvati. consil. 19, num. 79, & 80, ubi quod bona fideicommissi assignata mulieri pro restitutione dotis transeat ad filios, & etiam hæredes extraneos. Rot. decif. 199, n. 10, 11, & 12, ubi quod subsidiaria probetur si fideicommissarius illam pro-

misit solvere ex fideicommissio part. 8, & decif. 40, n. 51, & seq. & decif. 174, n. 8, & 9, part. 9, tom. 1, decif. 438, n. 23, & seq. part. 9, tom. 2, recent. infinitos recentendo optimè declarat Rub. decif. 150, in annot. ex n. 1, & per tot. part. 9, tom. 1, recent. & in Avenionen. pecuniar. §. Aprilis 1647. Verospio. & in Romana dotis de Lancellois 14. Junii 1655, §. nec suffragatur, & per totam super dubio principali, & in eadem, eodem die super restitutione in integrum §. injustitia autem coram Zarate, & latissimè profequitur Auctor hic à n. 1. ad 15, & sub n. 20, 43, 48, 49, & 50, usque ad 56, & §. 1, n. 14, & 15, Rot. in Anconitana dotis 30. Maii 1650. Verospio.

Pari quoque ratione bona fideicommissi ascendentes alienari poterunt * pro alimentis descendentes fideicommissio gravatis, si aliunde ex quo possit recipere alimenta non habent. Seraphin. decif. 925, nu. 2. Coccin. decif. 104, nu. 3. Sperell. decif. 165, n. 57. Leoncill. de privileg. pauper. 18, n. 1, part. 2. Salgado in Labyrinth. credit. part. 1, c. 24, nu. 48. Rot. decif. 128, nu. 10, part. 5, recent. Hanc partem rejecta contraria tueretur Auctor hic n. 16, & seq. & n. 19, ubi singulariter limitat quando gravatus legitimam & Trebellianicam male consumpsit, cujus opinionem post alios profiteretur Menoch. de arb. cas. 182, n. 54, & seqq. Sperell. dicta decif. 165, n. 61. Coccin. dict. decif. 104, n. 7. Leoncill. de privileg. pauper. 18, n. 16, & seq. part. 2, ubi tamen concludunt quod etiam tunc hæredi gravato subveniri debeat saltem per modum elemosynæ, A Cost. de privileg. credit. regul. 1. ampliatur. 3, sub n. 59, vers. distingui inter alimenta. Censal. ad Peregr. de fideic. art. 42, concl. 3, fol. 283.

Si fœmina descendens ex fideicommissante bona non habeat, nisi fideicommissio * supposita cum traditione illorum in dotem nubere poterit hic Auctor à n. 21, ad 30, animadvertit, cujus conclusionem sequitur Rota coram Royas decif. 117, n. 11, & decif. 153, nu. 4, & decif. 193, nu. 9. A Cost. de privileg. credit. regul. 1. ampliatur. 3, n. 64. Rot. decif. 438, n. 36, & seq. part. 9, tom. 2, recent. ubi n. 38, quod in dubio intentione subvertendi fideicommissum, Giurb. observ. 89, nu. 18, ubi quod si fructus non sufficient, proprietas in dotem tradi, aut alienari valeat, etiam si Testator jussit dotes constitui aut restitui ex fructibus, & conducunt tradita per Auctore hic n. 43. Jo. Franc. Andr. contr. 141, nu. 24, cum animadversione tamen quod si non haberet libera * pro dote congrua, & tunc ad fideicommissaria pro supplemento apponerentur manus, istud fieri intelligeretur quoad usumfructum, & spem suscipiendæ proliis ad fideicommissum successuræ quemadmodum concludebam allegat. 41, n. 25, & 26, lib. 3. Rot. decif. 271, n. 6, part. 9, tom. 2, recent. & coram Royas decif. 153, n. 14. Rot. coram Eminentissimo Otubob. decif. 28, n. 35.

Ex fideicommissio per extraneos, seu transversales instituto dotes constituendæ, * aut restituendæ an detrahantur, quæri solet, & affirmativam tuerentur adducti ab Authore hic nu. 31, & seq. & per nos allegat. 5, nu. 26, fol. 82, lib. 1, & allegat. 64, n. 25, lib. 3. Hodiern. dicta controvers. 9, n. 10, & ad Surd. decif. 62, n. 19. Rot. decif. 438, n. 5, part. 9, tom. 2, recent. Quæ tamen communiter damnatur, & negativam præter hic adductos n. 30, sustinent plures apud nos, dict. alleg. 5, n. 28, & 29, fol. 83, lib. 1. Hodiern. controvers. 9, n. 9, & per totam, & ad Surd. dict. decif. 62, n. 17, & 18. Rot. decif. 130, n. 4, apud Zaccb. de Camer. obligat. & dicta decif. 438, n. 2, part. 9, tom. 2, recent. & in Auximana dotium 19, Junii 1651, in princ. & 27. Maii 1652, in princ. coram R. P. D. Albergato.